

Dominica

¶ Sed querit an aliqui rapta fuerit ad ut
liodem claraz dei. **¶** Rñdet linconienf angeli
ce hierarchie libro iij. c. vi. q. sic n^o inquit
hesitandum existimo. quin ei beatissime cō
nigerit in hac vita pluries manifesta et non
per enigmata seu figurat dñe essentie visio
Et si obijciat nō videbit me hō et viuet.
¶ Respondet. in mōsto visionis huius quo
videt nō viuit homo. qz non p̄grauatus n^o
p̄peditus mole carnis ab actu sup̄me po
tentie humane nature. quā aggrauatōnem
et retardatōem imp̄tat in se hoc nomen hō
cōmuniter dictum sed magis viuit sup̄ ho
minem. **¶** Decille.

¶ In die p̄dalmaz.

Quoniam appropin

¶ Quisset Ihesus iherlomis et v̄isū
berphage ad mōtez oliueti mi
sit duos discipulos di. **¶** Ite in castellū qd
contra vos est. **¶** Math. xii. **¶** Lex docet vt
babet. **¶** C. vt armoz vsus. l. i. li. xi. q. null^o
bellare debet nec p̄t sine principis vel supe
rioris auctoritate. p̄nt em̄ principes bellum
indicare de rebo ablatiis repetendis. aut cā
ppulsandoz hominū defensione sua vel pa
trie vl legū paternaz. xxiij. q. ij. **¶** Iustus est
bellum. **¶** Cuz enī talia imminēt princeps pre
conis voce p̄conizare facit. vt primo arma
bēantur. scdo vt vexillū extendat. et tercio
vt contra rebelles hostes p̄cedat. **¶** Sic p̄n
ceps regum terre saluator nē hominē p̄si de
rans p̄ hostem iniuste ablatū quē ip̄e sibi
creauerat et patriaz padisi tam violenter p̄
turbataz. amore iusticie vt istū pessimū ho
stem hūanū generis sibi cōtrariū expugna
ret et repelleret suis subiectis voce p̄conis
indixit bellū p̄ p̄conem. **¶** Piere. xvi. ca. di.
¶ P̄pate scutz et clipeū et p̄cedite ad bel
lum. **¶** Ephe. vi. induite vos armatura dei vt
possitis resistere in die malo. **¶** Iūc p̄clama
tis armis p̄ totam quadragesimā vsqz ad
dominicā de passione. p̄plus dei se virtutibz
armauit contra om̄s insidias hostis mali
gni. et dñica de passione vexillū rubeum in
signū innocētiis mortis xp̄i fuit extensum.
in casulis et canico p̄fortatiuo et hortatiuo
scz vexilla regis p̄deunt. fulget q̄c. **¶** Hodie
ostendit locus vbi princeps bellare inten

Dalmatarum

dit ad quē suos subditos dirigit dicens.
¶ Ite in castellū qd contra vos ē q̄c. **¶** Cuz ho
die in officio misse verbis et factis tā p̄cessi
one q̄ passione p̄plus sanctus horiat inire
cum principe xp̄o bellum vel p̄lium p̄ om̄s
aduersarios. et principalis armatura defen
sua et confortatiua sit eucaristia. **¶** **¶** Que
ritur. qm̄ miles xp̄i debeat corpe xp̄i sumere
an in cena dñi. an in die scō pasche vel para
sceue. **¶** Et videt aliquibz qd i cena dñi ex eo
qd xp̄s exemplat nostz enam suos discipu
los in cena cōmunicauit. videt tamē alijs
magis pueniens in die scō pasche. qz ex p̄
cepto ecclesie. extra de peni. 7 re. c. **¶** Omnis
quilibet fidelis adultus tenet sub pena ex
cōmunicatōis in pasca sacramētū sumere
¶ Rñdet egidius de roma in. iij. sup̄ mgm̄.
indifferenter hoc hñdum qd ad p̄ceptum ec
clesie. siue quis commūicet in cena dñi siue
in die pasche. qz quod ob tuerentā dñice
resurrectiōis fit in pascha factū videt. siue
sit in cena siue in pasche. **¶** Est at̄ dñtia
quo ad intentōem cōmunicāns qd d̄clara
tur per simile. **¶** Nam vt h̄. ff. ad municipa
les p̄ totū. **¶** In ciuitatibz tria genera ciuū
hñtur. alio et alio mō victum hñtes. **¶** Nam
quidā sunt nobiles qui de suis censibz et p̄
p̄ijs victum hñt. quod p̄ceditur eis a prin
cipibus et regibz. vt fideliter ip̄is p̄federati
militent. et rempublicā in pace confuent. et
defendant contra aduersa. bi p̄mittūt. et si
non explicite tñ implicite rōne bonoz con
cessoz. qd vbiqz dñm suū nouerint perī
clitari. ad p̄hibendū insidias deñt vsqz ad
mortē occurrere et militare p̄ dño. **¶** C. qui
bus vt indignis. l. vi. **¶** Quibz assimilari de
bent qui in cena dñi sunt corpe xp̄i recreati
bi vt nobiles fideles chasto dño in p̄fessi
one coram sacerdote cōfederati et in sūptō
ne cibi sacramētal confirmati debent inten
dere et ope explere vsqz ad mortē p̄ xp̄o fi
deliter virtutibus militare. et insidiantibz
peccatis quibz xp̄us sumptus de possessiōe
expellit et iniuriat maxima resistantia scdm
possibilitatē occurrere. **¶** Ad Venaz domi
nē **¶** Ihesus xp̄s in cena milites suos scz di
scipulos. corpe et p̄cioso sanguine suo com
municauit. vt in bello tam corpali q̄ sp̄i
tuali imminēte. b̄mōi p̄alissima refectōe ro

borati fortiores essent resistendo temptatō
nibus et ad resurgendū de peccatis negatō
nis et alijs negligentijs p̄mpiores. quare
Petrus communicatus a dño ut iuramēto
firmi p̄positi confederatus dixit dño. tecū
sū patris in carcerē et in mortē ire. Sic et
milites xp̄i in cena cōmunicati et roborati. de
bent firmo p̄posito vsq; ad mortē cum xp̄o
militare. et omnia aduersa p̄pter xp̄m paci
enter portare. sed vt timet. p̄bdolor non
nulli ad hāc intentōnem in cena dñi nō cō
municant. s; vt pessimi p̄ditores citius p̄
resurrectōem ad crapulas et ad lasciuias re
deant. et xp̄m dñm suum cū iuda ad mortē
tradant. Scdm genus ciuū sunt viuētes
de suis laborib; sicut mercatores et mecha
nici qui vt victū habeant melius for; queēt
vt sua opata ad meliora cōmutēt. et p̄ isto
magnis se exponūt p̄iculis in mari et in terra
quib; ex iure concedit qd vilius empti p̄
ter labores possint carius vendere. ita tñ qd
non fiat ex cupiditate. vt habet. xiiij. q. iij.
Quicūq; dñs assimilari debent cōmuni
candi in die pasceus. Qui scz tali intētio
ne ad mensā xp̄i accedere deñt vt qz mors
et passio xp̄i tunc xp̄i fidelib; p̄amplius et li
berius venalis exponit et tractat. qd enā ip̄i
maiori et feruētiori deuotōe et labore p̄passi
onis et recordatōis passionis dñice magis
mereant et p̄ncipes efficiantur copiosioris
fructus. et quia eadē die passionis xp̄i om
nia elemēta xp̄o signa p̄passionis ostēdēt.
sic ip̄i cōmunicātes ut corda eor; cōpassiōe
facilius emolliiri possint eodem die cōmū
cati deñt. Tercium genus ciuū est. quib; ex
officijs suis in necessarijs p̄uideēt. sic sūt
p̄cones. p̄clamatores dñor;. hi vt honore
et magnificentiā dñor;. p̄clamēt et p̄nūciēt.
p̄uidentur. Et ob hoc p̄dicatores verbi dei
p̄cones xp̄i quasi ex debito p̄uideri debent
in necessarijs. xliij. di. **Q**uiescam? dñs assi
milari deñt p̄municādi in die pasce. vt id
in die resurrectōis eucaristiam accipiāt ob
honore et glām dei. vt illa die gloriozior p̄
dicetur et lignis et virtutib; manifestet. Sic
xp̄s eodē die discipulos euntes in emaus
cōmunicauit de pane bñdicto in cena. **Q**u
lieres in visione angelor;. et ap̄los sp̄sctō
om̄s inenarrabili lenicia vt loq̄rent magna

lia. **A**cmū. ij. Audiuim; eos loq̄nētes n̄ris
linguis magnalia dei etc. **Q**uātum nūc
ad p̄secutōnem euāgelij. sicut die betherna
dictum ē. qualiter iudei famō; xp̄i extingue
re cupiebant. in hodierna lectiōe dicit quō
nolentes deo volente famā eius augebāt.
Et sunt tres p̄tes. et notat.

In p̄ma ciuitatis vitupabilis detestatiō ibi
Ite in castellum.

In sc̄da turbar; laudabilis veneratio. ibi.

Plurima autē

In tertia pueroz; notabilis obsecratō. ibi

Osanna filio dauid.

Quātum ad primū; est

notandū. qd christus acceptis vnctōe pe
dūz in bethania a **M**agdalena sabbato. s.
añ palmar;. cum venisset bethphage in villā
sitam in latere montis oliuē. p̄pe ibzlm. ad
distantiā vnus miliaris. milit duos disci
pulos **P**etr; et **P**hilippū. p̄pter firmitatē
testimonij dicens eis. Ite in castellū id est
ibzlm. qd dñs d̄spectiue vocat castellū. licz
esset ciuitas regalis. qz nomē ciuitatis iam
amiserat. cū in ea nō esset ciuū vnio. sed mul
tiplex sc̄isma et diuisio sc̄oz; **J**osephū. qd s̄
vōs est. id ē contrariū p̄ obstinatōem vite
euangelice et apostolice p̄fectōis. **M**ora
est notandū qd p̄m philosophū. i. piarme.
nomia sunt ad placitū. Et idō p̄m qd res ē
laudabilis vt vitupabilis. nomē accipit.
Sunt enī nomia conueniētia rebus. vt d̄z
Institutiō de donatō. s. Est et aliud. Sic
igit; loca et ciuitates aliter et aliter in suis cō
ditōibus bonis vel malis se habuerūt. ita
ciuitates et loca diuersa noīa honoris et vi
tuperij sumpsit. vt patz in diuersis cronicijs
et hystorijis. **Q**uā roma a romulo est dicta
qui eam edificauit. babilonia p̄pter p̄fusio
nem linguaz; ibi factā. dicta est babel. i. cō
fusio. sic etiam iherusalē q̄ diu habebat pa
cem et ciuū vnionem et p̄cordiam. diceba
tur ciuitas regalis ex conditiōe reipublice.
sed mutata re et vnitate ciuū in discordiā
et diuisionē. mutati est etiā nomen et dictū
est a xp̄o d̄spectiue castellū. sic etiam mltē
sunt ciuitates hodie q̄ ex virtuosis opibus
dignis nomib; sunt appellate quoz; nomia
propter opposita et viciosa opera d̄spectiue

Dominica

F merito essent pmutada. **S**unt enim scdm
Seneca in politico tria que romanos in sa-
ma et bono nomine suauerunt. et etiam qualibet
ciuitate sanctam et laudabilem faciunt. scilicet scia
exercitatio et fides. Nam
Sciencia liberalis pmutat equalitatem
Exercitatio manualis pmutat puitatem
Fides vicinalis pmutat stabilitatem.
Debent namque rectores et principes tollere in
scia. unde puer. viij. Et allegat. C. d. sum.
trini. l. inter claros. **P**er me reges. i. regen-
tes regnant. et potentes scribunt iusticia. Et sa-
pie. vi. **S**i delectamini in sedibus et sceptris
o reges populi diligite sapiam ut impetuum
regnum. **D**icit philo. qd cerui non pdeunt in
publicum nisi habeant cornua sua loco armorum
Cornua sapientium et regnatum sunt scia et sapia
ad regendum. et potestas ad pprimendum. sine
istis cornibus nullus debet se intromittere. nec
exercere facta publica. et maxie iudicia que
requirunt actualem discretorum et liberalium instru-
ctionem. **U**nde philosophus. ij. politicorum.
Melius est iudicare secundum legem et leges. quam secundum
proprium iudicium. Nam ubi philosophi fuerunt
p fides. felix fuit ciuitas. ij. rethor. nam sic habet.
in quadam hystoria alexandri magni. qui dum
orbem occuparet et venisset athenas ubi phi-
losophi psidebant. et eandem obsideret. Inter
rogatus alexander quare sic pacem eorum per-
baret. dixit enim pacem habere velle. si quatuor phi-
losophos sibi traderet. **Q**ui vnus prudenter
p fabulam respondit. quomodo cotrouersia inter lupo et
pastorem exorta est conquerente pastore de lu-
po. quare enim infestare et oues rapet. ait lupus
canem esse in culpa quod si canem sibi daret de cete-
tero pacem pmitteret quod lupo datus est et custo-
de derelicto postea sine impedimento oues lu-
pus inuasit. et grauiora damna poribus intulit.
sic sapientes liberi diligendi sunt. quia in eis la-
tet salus et pax. nec p quemcumque comodo relin-
quendi. quod latrat p lupos et falsos et liquos
quod si relicti fuerint pax et salus perit. **H**oc
attendentes reges et impatores romanoz fi-
lios suos ut post se pacifice regere possent ar-
tibus liberalibus imbuendos tradiderunt. et
scolas artium p uilegijs magnis munierunt. **U**nde
fridericus impator ut habet. C. de scolariis et
eorum priuile. eos et eorum nuncios in locis ubi
habitant securauit. mandans omnibus quod nullus

Palmarum

eis iniuriam inferre presumat. et si rectores iniu-
rias eis factas non vindicauerit damna eis illa-
ta de suis rebus in quadruplum restituere tenentur
infames efficiuntur. et dignitate sua impetuum
carere debent. nec eos aliquis puenire debet nisi
coram magistro suo vel ciuitatis episcopo qui solum super
eos iurisdictionem habet. **U**nde dicit idem im-
pator dignum namque existimamus. ut cum bona fa-
cientes. nostram laudem et pfectionem omnes
mereantur quorum scia mundus illuminat ad o-
bediendum deo et nobis eius minister. vita sub-
iectorum informat. quadam spali dilectione ab
omni iniuria defendat. **U**t sequitur. quis eorum
non misereatur cum amore scie facti exules. de
diuitibus pauperes semetipsum eximunt. vitam
suam omnibus periculis exponunt. et a vilissimis se-
pe hominibus quod grauissime ferendum est corpora-
les iniurias pferunt. **E**cce quantum amore im-
patores ad sciam habuerunt. **U**nde ppter hoc
rex romanoz hortatus fuit regem sacorum. ut fi-
lios qui habent regere traderet artibus. **D**ixit
illam est quali azim coronatus. **I**ohannes iulianus
impator dixit. si vnus pedem in sepulcro
haberet ad huc addiscere velle. **S**ecundo de
bent habere exercitatorum manualium que pmutat p-
uitatem. nam ut dicit philosophus in pblematis
tibus. eo anno quod aer quietus fuerit et nullus
mili hominum moriuntur. cuius ratio est quia vterque
de purat aerem et p motum renouat aeris regionem
secundum constantinum. **H**oc videmus p experientiam in flu-
mibus in quibus non est continuo fluxus. ibi pu-
tredines et vermes generantur. **S**ic tpe pacis
et tranquillitatis. quasi in ciuitatibus non sunt debi-
ta exercitia. multa feda et iniqua ab ociosis
generantur. luxuria ebrietas etc. **E**xemplum
habemus in dauid. ij. reg. xi. quod cum occideretur in
domo. ioab exite in bello adulterium pmissit
et salomon cum habuisset pacem et requiem per
circuitum regni sui statim lapsus est p mulieres
in ydolatriam. ut dicit. ij. re. xi. **U**nde quidam.
quia si tollas pterea cupidus arcus. **N**am cum ciui-
tas romana bellis et discordijs contra cartha-
ginenses vexaretur. colebatur virtuosus exercitius
leo postquam carthago subuersa fuit ocio libi-
dini et gule roma se dedit et grauiter pecca-
uerunt. vnde carthago secunda ciuitas erat post ro-
mam. et quelibet illarum voluit p se esse mem-
mori. quod erat causa discordie magne inter eas
Um autem romani multis exercitijs bellorum

turbarentur ut liberius possent libidini vacare
petebat pacez qđ sapiens scipio nō assensit
potius enī voluit qđ romāi bñent aduersita
tes qđ qđ ocio in pctā caderēt quod factū ē
carthagine destructa. **Quare** august. iij. de
cui. dei. c. xix. di. **Plus** nocuit rome euer
sa carthago qđ p̄us nocebat aduersa. quia
postqđ euerſa carthagine darent se libidini
et vani tanbo ⁊ grauissimis pctis deus v̄n
dicans pctā eoz regnū romanoz destruxit
vt postendit tali mō. **Nā** inuente sunt in
quadā porta ciuitatis de littere scripture. p. p
p. s. s. r. r. f. f. n. i tota ciuitate romana
inueniebatur qui sciret quid hoc significaret
sed illo tēpe fuit beda venerabilis valde fa
mosus inter sapientes. ad quē miserē rogā
tes vt bñmōi lēas interpretaret. qui sic expo
suit. **Pater** patrie p̄fectus est. sapia secum
sublata est. **Ruet** regnū rome. ferro flāma
fame. **Et** indignati romani eruerūt sibi ocu
los p̄pter veritatē quā dixit. sed tamē eis p̄
tigit vt beda p̄dixit. **Pater** ergo qđ tam ma
lum causat ocū. **Debet** ergo in ciuitate eē
manualis exercitatio. tam nobiliū qđ igno
biliū iuxta conditōem status vniuscuiqđ
⁊ nemo ociari debet. p̄cipue ⁊ nobiles infor
mare debent pueros suos ⁊ acuerē in virtu
tibus. nec v̄recundari eos oportet. cum no
bilius ⁊ digni⁹ sit manualiter opari qđ fura
ri. rape. paupes spoliare. **Nam** vt dicit in poli
crato li. vi. **Statimus** vt cū filijs suis pos
sent sufficere ad gloriā bona hereditaria. tñ
instructi sint ac si sua tñnere v̄l aliena acqui
rere nequaquā possent nisi p̄ virtutē. **Unde**
eos ad gradū militare ascendere volēs p̄i
us eos ad cursum. salnū. v̄sum natādī. iaciē
di informauit. et filias suas lanificio. i. i om
nibus q̄ acu ⁊ lana opari p̄nt. instruxit. vt v̄i
tam possent p̄ artem sustentare nendi. t̄xerē
di. filandi. vestes scindēdi. non tñm artem
sed etiā v̄sum habebāt vt dicit vbi supra.
Sed qđ hoc modo deficit. vnde vil edeler
sind vn bluet arm. vt vulgarizat. iō orbis
raptoribz. latronibus. ⁊ opp̄ssoribz abūdat
debent ergo burgenſes ⁊ alij cuiuscūqđ exti
terint p̄dionis se exercitare. ne penuria co
gantur furari ⁊ alia mala opari. **Clm̄ ps. Na**
bores manū tuaz quia māducabis bñis es
et bñ tibi erit. **Tercio** v̄z ciuitas habet

fidem vt. s. fides ⁊ fidelitas sit inter ciuez et
cinem. sicut est in mēbris corpis humani.
Nam vnūquodqz membz in necessitate al
teri subuenit vt nō ledat. sic quilibet alteri
subuenire debet. **Prover. xvij. Frater** qui
adiuuat a fratre est quasi ciuitas firma. q.
diceret. illa ciuitas firma ⁊ fortis est in qua
ciues fraternali amore copulati vnus alterz
iuuat sicut frater fr̄m sed vere hodie sic nō
est. vt **Piere. ix. dicit. Vnusquisqz a p̄rio suo**
se custodiat. ⁊ in omni fr̄e non habeat fidu
ciam. quia oīs frater supplantās supplantabit
Sunt namqz ciues siles pantheris que p̄m
yldoz ex ore emittūt dulcissimū anhelitū
quē aialia ad se trahūt. s̄ sunt plene macul
et quidqđ respiciūt in suā similitudinē v̄t
tūt et faciūt maculosa apparere. sic mō ciues
inter se dulcia v̄rba p̄ferunt sed plena do
lositate et fraude. et specialē negociatores
mercatores qui multis dolis et fraudibz p̄
rimos decipiunt. **Et** reuera quot maculas
colorz habet panthera. tot maculas doli bñt
et modos decipiendi hōies. quare cuiuslibet
dici potest illud **Piere. ix. habitatio tua in**
medio doli. sic p̄ certo esse nō debet. s̄ vn⁹
quisqz primū suum diligere sicut seipsum.
Leuitici. xix. nō facias calumpniā primo mo
nec vi opprimes eū. et sequit. non maledi
ces surdo nec facias qđ iniquū est. **Ille**
enim ciuis v̄tilis est ciuitati qui omnibz est
innocēs. nulli malū facit ⁊ omnibz vicinis
benefaciēs et fidem firmā habet. vñ **Aug. 7.**
iij. d. cui. dei. c. iij. **Felicitas** maior est vici
num cōcordem habere. qđ malū subiugare
bellantē. **Debet** igit vicinus esse talis vt il
le homo de qđ narrat in vita sp̄m. qđ abbas
p̄daphuncius supplicauit deo vt ostenderz
ei cui esset similis in terris. ad quem venit
vox qđ erat simil primatio illius vici. quod
audiēs venit ad domū illius. **Et** ille cui mo
ris erat suscipere hospites occurrit et intro
duxit in domū. a quo inter epulas quesuit
ille qđ erat studiū eius. dicens sibi t̄velatū
esse a dō. qđ erat dignus consortio mōachō
rum. **Et** ille miora de se di. ait. nullius boni
mibi p̄sciū sum. tñ quia v̄rbuz dñi ad te
factū ē. dico tibi qđ. xxx. sunt anni ex qđ suz
continens ⁊ v̄roz similē. suscepi enī tres fili
os hōz causa solūmodo a me cognita fuit.

hospites suscipe nūq̄ cessavi. nec alicui aſſi
me habere p̄miſi i villa. nullū de domo mea
dimiſi ſiſi viatico. paup̄em ſi deſpexi. q̄ erāt
neceſſaria ei tribui. contra iuſticiā p̄ſonā nō
accepi. alieni ſetms nō intrabāt domū meā.
litē ſi vidi non p̄terij quin pacificarē. nul
lus deſp̄hendit ſanulos meos in culpa. gre
ges mei nō leſerūt alienos. volentē ſemina
re in agro meo nō p̄hibui. **Quantū** in me
fuit nō p̄miſi vt potentior inſimū p̄meret.
ſtudiū vt neminē cōtrifare. iudiciū ſi ap̄d
me fuit neminē cōdemnavi. **Hec** ſanctus
audiens oſculans cum b̄ndixit ei ⁊ ait. quia
hec impleſti tibi deſt vt obmittēs cūcta ſe
quaris ſapientā. et ſtanim ſecutus eſt eū. p̄
gens ad b̄remuz. ⁊ veniētes ad fluuiū nec
b̄ntes nauigium. dixit ei ſctūs vt intraret
aqm̄ pedibz ſecū ⁊ vix vſq; ad latera eiꝯ ve
nit. et collocavit eū in cellula iuxta mōaſte
rium formā viuendi ei tradens qui labores
p̄iores puos deputans virilē ſe exercuit et
mortuus ē. cuiꝯ animā vidit inter choros
angelorū dicennū. beatus quem elegiſti ⁊
aſſumpſiſti ⁊c.

Secūda pars in qua

notat̄ turbaz laudabilis veneratō. **Nō** ſm
magiſtz byſtoziar. azin? ille cōmunis erat
paup̄ibus qui p̄pria iumenta non habebāt
et qui eo vtebat eodem die miſtrabat ſibi
pabulū. **Soluite** ⁊c. **Quod** factū ē vt im
pleret̄ illud Zacharie. ix. **Dicite** filie ſyon
id eſt ciuitati iherl̄m que filia ſyon dicitur.
p̄pter montē ſyon iuxta quē ſita eſt. **Ma**z in
monte ſyon qui tunc erat in iherl̄m erat arx
ſiue turris dauid ⁊ fortaliū quo p̄tegeba
tur ciuitas illa ſic filia a m̄e. ⁊c. **Venit** iḡ
Jeſus p̄pter feſtum paſche in iheruſalē. ⁊
turbā plurima q̄ p̄pter eandē cauſaz veneēr
p̄pter famā chriſti de ſtupendo miraculo ſu
ſcitatis **Ma**zari. p̄ceſſerūt ei obuiā p̄uſq;
intraret. ⁊ azello in quo ſederat in ſignū re
uerentie ſtraueēt veſtimēta ſua in via ne pe
des offenderet ſpinis vel lapidibz. alij aut̄
ramos de arboribz. in ſignū q̄ eēt rex victo
rialis. et ſic eum cū magno honore receperūt
⁊c. **Moraliter**. in illa pte iuſtruimur ve
ſtes viciozū deponere. et arborē ſanctitatis
aſcendere. ⁊ ramos virtutū in ope portare.

83

qui deſideram? xpm̄ regem digne ⁊ honori
ſice ſuſcipe. **Ma**z vt b̄. ff. de aqua q̄tidiana
⁊ eſtīua. l. i. §. illud labeo. **Ma**z vnuz a reliq;
ſepari p̄t tūc ſepetur inuale. ⁊ quod vale ē
in ſuo ſtatu ⁊ firmitate permācat. **Cum** eſſi
virtus ⁊ viciū ſint adeo om̄ino incōpaſſibi
lia. q̄ nulli ſimul ⁊ ſemel ineſſe p̄nt. bonus
et malus aliquis eſſe nō poteſt. de peni. di.
iij. **Qui** natus eſt. **Et** quāto nūc virtus vti
lioz. viciū inuulū? ⁊ dānabilius. **Ideo** ſe
pare debemus vicia ⁊ pctā et a nobis repel
lere. et virtutes carpere ⁊ in eis p̄manere
Sic etiā diabolū potenter expellimus. ⁊ re
gem chriſtū cū honore ſuſcipimus. hoc oſſē
ditur in euāgelio i turbis in ſuſceptōe xpi.
Voluit nāq; rex celoz xpus b̄nc honore
ſue ſuſceptōis hodie h̄e. nō gratis h̄p n̄a
informatōe vt nos doceret p̄ ſuā gloriā. ſ.
Virtutes amare ⁊ vicia ſp̄nere
Mundi gloriā reſutare ⁊ celeſtē appetere.
Amorē ſuum deſiderare. ⁊ ſe diligere.
Docet nāq; p̄mo nos virtutes amare cū
enim naturalz quilibet bonum appetat. ex. i.
etb. et nihil in mūdo melius virtute ſit. n̄
auro nec argento n̄ lapidibz p̄cioſis poſſit
appreciari. q̄ ſpiritale eſt cui nullū corpale
equipari poteſt. idō ſumme ab hominibus
appet̄ debet. **Unde** ſapie. vij. **Omne** aurū
in compatōe huius arena eſt exigua et tāq;
lutū eſtimabit̄ argentum in conſpectu illi?
Precioſior eſt eſſi cunctis opibus. ⁊ om̄ia
que deſiderātur h̄ic compari non valent.
Prouerbioz. iij. **Ma** illa meſtos lenificat.
paupes ad honores exaltat. ⁊ omnē volup
tatem p̄ſtat. ſed incompatibiliter virtus ma
iora preſtat. licz eſſi abundās in auro et ar
gento multū gaudeat. gaudiū tamen illud
raptim tranſit. **Job. xx.** Gaudiū ypocrite
id ē diuitis inſtar p̄cti. **Eſt** eſſi m̄tis ama
ritudinibus mixtum. ⁊ in hoc facit deus ſic
nutrix que amarum ponit circa māmillā qm̄
vult p̄nez ablactare. **Unde** aug. ij. confeſ.
c. ij. **Tu** ſemp aderas miſericorditer ſeuicēs
et amariffimis offenſionibz aſp̄gens om̄es
illicitas iocunditates meas. ita vt quereret̄
ſine offenſiōe iocundari. et vbi hoc poſſem
non inueirez quicq; p̄ter te d̄ne. **Itē** **Augu**
ſtin. **Quid** eſt mūdi gaudiū. breuit̄ di
co. ſeculi lenicia eſt ipunita nequicia. ſcilic;

luxuriari i spectacul. ebrietate ingurgitari.
 turpitudine fetere. ⁊ nihil mali pati. **S** gau
 dium deterius est dolore. **D**eius ē effi
 gaudere de iniquitate q̄ dolere de corrup
 tione. sed gaudiū virtutis ē continuū ⁊ se
 curum. n̄ amaritudine admixtū. **P**rouer.
 xv. **S**ecura mens. s. ⁊ mosi. quali iuge cō
 uitiū. vñd̄ **P**eneca ep̄la. lxxx. **N**ū est ho
 minis bonū ip̄a virtus qua inter p̄s̄a for
 tunata et aduersa incedit cū magno vtrū
 q̄ rectore ducem ducereq̄ p̄siderat. **I**lla
 continuitas ⁊ p̄p̄tuitas gaudiū virtutis. ex
 p̄mitit in palma que semp̄ viridis ē ⁊ nun
 q̄ arefcit. sic virtuosorū gaudiū sp̄manet.
Jobānis. xvi. **G**audiū v̄m nemo tollet a
 vobis. **Q**uā p̄m̄ philosophū. iij. ethi. sc̄dm
 v̄tate nemo honozādus ē nisi sol⁹ virtuo
 sus **H**onoz effi est p̄m̄ virtutis. in cuius
 signū vt narrat aug⁹. v. d̄ cini. dei. **R**omāi
 colebāt v̄tutē ⁊ honozē quasi deū. ⁊ fecerūt
 ad honozē virtutis duas edes sine templa
 sic ordinata q̄ nemo poterat ad templū ho
 nozis accedere nisi p̄ templū virtutis p̄mo
 transiret. **P**urā dicit d̄ excessi. pla. inter
 dilectos. p̄onis vilib⁹ et indignis porte di
 gnitatis patere nō debent. **H**oc etiā desi
 gnatur p̄ palmā que inferius rudis et aspa
 est. sup̄ius aut̄ pulcra ⁊ folia eius b̄nt mag
 nam venustatē. de quib⁹ ramulis solebant
 romāi victores coronare. in signū q̄ null⁹
 honozē et glām debz appetere. nisi hāc aspi
 tatem v̄tutum p̄mo p̄meruerit. qz p̄m̄ apo
 stolū. ij. ad thymo. ij. **N**on coronabit nisi
 qui legitime certauerit. sed v̄e qz ml̄i sūt
 confidentes in celo p̄m̄is coronari ⁊ hono
 rari. qui tamē nolūt h̄c v̄tutis op̄ib⁹ cer
 tare sed eis nihil dabit. **S**ic patz in exem
 plo duoz militū qui sibi inuicē iurauerūt.
 q̄ sicut fr̄s v̄terini om̄ia lucra p̄diuiderēt
 p̄fecti igit̄ veniunt ad villā vbi tornea
 mētum fuerat publicatū. alter eozū v̄corz
 didicit. q̄ p̄s aduersa potentior erat. et ce
 pit timere. vñde lāguore simulato quieuit i
 lecto. altero ad torneamētū constāter pro
 cedente. equos multos ⁊ clinodia luc̄tis ē
 ⁊ tomū redijt. v̄corz autē intelligens tor
 neamētum factū ⁊ q̄ socio b̄n̄ contigisset.
 caput cepit erigere dicens. socie care. spero
 q̄ statim melius habeā. ⁊ post tridū conus

luit. **R**edeuntes igit̄ p̄ter v̄sus patriā. cū
 venissent ad quādā viā vbi iter suum debe
 bāt diuidere. v̄corz dixit nobili. **N**at̄ no
 sti iuramētum inter me ⁊ te statutū. temp⁹
 est igit̄ vt hic lucz d̄ torneamento mecum
 diuidas. **Q**ui nobilis. **P**olo tibi esse fidus
 nec pacto contraire. sed scire debes q̄ in tor
 neamēto duo luc̄tis sum. s. graua verbera.
 et bonos eq̄s. ⁊ ideo in v̄tracq̄ tibi teneoz.
 si ergo equos mecū diuidere volueris. p̄i
 mo oportz diuidere verbera. et extracto gla
 dio cepit eū vald̄ grauiter v̄berare. **Q**uā v̄
 corz statim misericordiā petijt dicens. vade
 frater quocūq̄ volueris cū equis tuis. ego
 autē vacuus vadā viā meā. **S**ic ad p̄posi
 tum. filius dei x̄ps ⁊ nos fr̄s sumus. **C**aro
 enim ⁊ frater nē est. **I**pse effi nos intantum
 dilexit q̄ quidq̄d lucratus ē in vita illa per
 torneamētum durissimū mortis ⁊ passiois
 p̄misit nobiscū diuidere. luc̄tis ē igit̄ glo
 riam corp̄is. et honozē p̄ virtutes ⁊ graua
 verbera. quam gloriā nulli dabit nisi p̄us
 etiā virtutibus ⁊ tribulatōibus secum p̄i
 cipet. et hoc certamē virtutū laboret. sic san
 cti fecerūt. **Q**uare ap̄lus dicit. ij. thymo.
 iij. bonum certamē certauit. cursum p̄sumas
 ui. fidem suauit. in reliq̄ reposita est michi
 corona iusticie quā reddet michi d̄s in illa
 die iustus iudex. **N**on solum at̄ michi. s. etiā
 his qui diligūt aduentū eius. **S**ecūdo
 christus docet nos mūdi gloriā refutare. et
 hoc p̄pter piculosum ⁊ tristabilē finem. vñ
Prouer. xiiij. **M**isus dolore miscebit. ⁊ ex
 terna gaudiū luc̄tis occupat. **E**st enī de ill
 p̄stitis i honozib⁹ ⁊ dignitatib⁹ sicut qui
 d̄ diuitijs ⁊ dignitatib⁹ somniāt. quāto effi
 magis gaudent in somno cū se h̄mōi habe
 re putant. tanto magis etiā tristātur cum
 euigilāt ⁊ nihil de h̄mōi habeāt n̄ reperiat
 post breue gaudiū longa sequetur miseria.
 quod ostendit hodie in p̄cessu misse. **P**ri
 o ante p̄cessionē dicit breue euāgelium in q̄
 notat honoz ⁊ glā x̄po factus. ⁊ post sequit̄
 passio. p̄lix in qua tractat̄ de longa mis̄ia
 et magna ignominia. sic ex modico honozē
 ⁊ breui gaudio sequit̄ magn⁹ dolor ⁊ p̄lix
 pena v̄tinam non eterna miseria **H**oc con
 sideras quidā nomie **G**otfridus. qui cum
 esset elect⁹ in ep̄m tornacē. ⁊ ab **E**ugenio

papa et abbate suo bernardo cogere on? subire episcopatu? pcedit ad pedes abbatis et clericorū in modū crucis qui euz elegerāt dicens. Monachus fugitivus si me eijcitis potero esse. eps nō nunq̄. cui postea laboranti in extremis quidam monach? ei carus assistens ei supplicavit dicens. Care mi frat in corpore sepamur. oro te si potes salva diuina volūrate statū mū post mortē mihi renuncia. Cui orāti post mortē eius corā altari apparuit ei in visione Gotfridus. di. Ecce assum frater tuus Gotfrid? Quomō est tibi frater mi inquit. rēdit bñ. Et addidit verūtamē michi reuelatū fuit a sancta trinitate q̄ si p̄motus fuisset. in ep̄um fuisset de nūero re. p̄boz. cui. 7 allegat. xl. di. c. multi. Quicunq̄ desiderauerit p̄matū in terra inueniet confusionē in celo. nec infuos xp̄i computabit qui de p̄matū tractauerit. Quid em̄ paradiso iocundi? quid celo securus. vbi sc̄z fuit magna gl̄a. 7 tamen ex paradiso hō. 7 ex celo angelus. peccādo sc̄z p̄ appetitū glorie cecidit. e. di. ca. q̄d ei.

Sed queris. sunt autē omnes qui appetunt dignitates. promorōnes. honores vel gloriam in statu dānatorū vel damnādoz. Et videt q̄ sic ex p̄dictis. In oppositū ē bñs August. et allegat in cañ. viij. q. i. ca. qui episcopatu. id ē p̄esse desiderat bonū opus desiderat. Dico q̄ aliquis p̄t desiderare primatū. siue gl̄iam 7 honorez dupliciter. Uno modo nō tantū vt quis possit p̄esse h̄z ec̄ possit p̄desse. hoc desiderare bonū est 7 sine pctō. ymmo cū merito de q̄ dic̄ Augustin? vbi sup̄. Alio mō vt tantū quis p̄sit p̄pter inanē gloriā. sic hodie p̄munit̄ fit talis peccat mortale. 7 est in statu dānatiōnis. de quo loquit̄ Chriſt. **D**eordinat̄ tamē appetitū glorie 7 honorez tripliciter ad pctm̄. **P**rimo p̄ hoc q̄ aliq̄s appetit testinū vel laudem de excellentia quā nō h̄z vtputa d̄ sc̄ia cum sit ydeota. de nobilitate cū sit ignobilis. de iusticia iniustus. de p̄bitate improbus. ac. **H**oc est appetere honorem supra suam p̄portionem. Alio modo q̄ honore sibi cupit nō referendo in deum cui soli debeat honor 7 gloria. iuxta illud apli Regi seculorū immortal̄ inuisibili soli deo honor 7 gloria. **T**ercio mō p̄ hoc q̄ appetitū

eius in ip̄o honore quiescit. nō referēs honorem ad vtilitatē alioz. Et q̄cunq̄ illoz modorū quis honore appetit semper peccat mortaliter. Est ergo merito talis appetitū gl̄e fugiendus. cū dyabolus plures p̄hui? modi appetitū cepit et damnauit. **U**tercio docemur p̄siderare xp̄i amore et cū diligere. et hoc p̄ passionē que nobis p̄ponitur. Nam hodie duo p̄ria simul p̄ponunt̄. s. gloria 7 ignominia. vt vtrq̄z magis clareat qz ex ij. celi. **O**pposita iuxta se posita magis elucelcūt. Quātū nāq̄ hodie suscepit honore. tantā in passione feruenti amore p̄fusionem. Nam hodie xp̄m vt regem honore fice suscepit. in passione vt latronez cōfusi biliter de iherusalē eduxerūt. hodie vestimenta sua strauerunt. in passione vestibus suis xp̄z spoliāuit. hodie ramos palmarū quibz reges coronabant̄ obuiam portauerūt. in passione acutissimas spinas in respectū capiti eius infixerūt. **H**odie eum regem isrl̄ appellauerūt. in passione eū regem eē negauerunt. **H**odie dixerūt eum esse saluatore in passione seductore. **H**odie bñdictū in nomine patris. in passiōe maledictū in patibulo crucis. **E**cce carissimi quāta cōtrarietas quāta instabilitas in iudeis fuit. quē hodie tantūm honorauerūt. interuallo modico eū tam ignominiose tractauerūt. **A**pocal. xvij. Quātūm glorificauit se 7 i delictis fuit tantūm date ei tormēta 7 luctum. **H**ec quāta fuerūt quilibet p̄siderare debz. gloriā transitoriam fugere 7 vicia vt p̄ virtutes euz xp̄o gloriā eternā possit possidere.

Tercia pars in qua notat̄ notabilis obsecratio puerorū clamatum osanna. **M**az osanna est dictio hebraica p̄posita ex osy q̄d dicit̄ salua et āna q̄d ē interiectio obsecrātis. quasi obsecro salua. **C**lamabāt ergo de p̄catorie osanna ex instictu spūsc̄i n̄ intelligētes q̄d diceret **D**eū laudabant eū dicētes. **B**ñdictus sup̄ple ē et gloriolus qui a deo missus venit rex isrl̄. **M**ortaliter est notandū p̄m q̄ dic̄ philoſoph? ij. ethicoz q̄ mediū in omnibz ē laudabile. qz in medio consistit p̄t̄s. et iō difficulter attingi p̄t. quāto em̄ quis magis accedit ad mediū. tanto melius. quāto autē

S

R

S

T

magis distat tanto peius est. iij. poli. Hoc simile claret in sagittantibus ad metam. qui namque directe meta tangit brauium accipit. qui autem nimis alte vel basse vel indirecte. nihil accipit ymmo perdit. **I**tem diligenter considerat et varia attendunt quod precise tangatur ne per excessum vel defectum deficiat quod vixque viciosum est. **S**unt etenim octo consideranda necessaria ad medium virtutis. quorum si vnum defecerit medium non attingit. vñ dicitur **Q**uis quid vbi circa quibus auxilijs. cur quomodo quando. **V**olens igitur expiri an opus quod est de genere bonorum sit bene factum et virtuosum attendat personam facientem. an deiciet eam. an opus factum fuerit conueniens locus competens. coram quibus an liceat. an iustis auxilijs vel malis. ad finem bonum vel malum. quod bene vel male. debito vel indebito tempore. **I**tem oppositum. quia sine medio virtutis saluari nemo potest. **D**eus per medium virtutis salutis dignatus est ponere in medio nati scilicet filium suum unigenitum. iuxta illud **S**ophonie. iij. **R**ex israel dominus in medio mihi ut quod est media persona inter patrem et spiritum sanctum. medius siue mediator esset inter deum et hominem. i. tibi. q. et. xi. q. iij. quid ergo. **M**ediator dei et hominum christus filius dei. **H**oc igitur medium primo conati sunt iudei attingere sed nimis alte volantes. deum non viderunt nec de virgine natum dixerunt. nec medium attingerunt. **I**ohannis. i. **M**edius vñ stetit quibus nos nescitis. **S**eddo pagani etiam conati sunt medium virtutis salutis attingere. sed nimis basse in sensibilibus errantes. ydola per medium et deo adorauerunt. nec medium salutis attingerunt. quare dicitur immolauerunt demonijs et non deo. dijs quos ignorabant **Q**uius ratio fuit quia circumstantias debitas per quas poterunt cognoscere ipsum medium dei filium non aduerterunt. sed postquam pueri hebreorum sunt a. s. l. edocti videntes christum medium salutis in medio turbarum. aduerterunt circumstantias quis in persona. quid fecit. circa quos. quibus auxilijs. cur ad quem finem. quomodo et quando venit non verunt quod fuit rex israel dei filius. qui tempore predicto per prophetas ad ipsos venit. ipsos deitate deitatis volens saluare. **I**tem deo ite in medio eorum existente. qui ipsum preibat et qui sequebantur eundem. canticum in eius honore

personabatur. dicentes osanna etc. **V**enit namque dei filius saluare hominem. **A** culpa per remissionem **I**n pugna per defensionem **I**n ira per sui traditionem. **D**e primo **M**atth. i. **I**te enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. **N**am sicut morbus qui expellit trahit ad mortem. sic culpa que non dimittit occidit animam. **Q**uare david meruit peccatis timens mori in anima. inuocauit dominum deum dei. **S**aluum me fac deus quoniam intraueit aque. scilicet peccatorum usque ad animam meam **I**nfixus sum in limo profundi. **S**ed querit an per passionem christi facta sit plena remissio culpe. **E**t videtur quod non quia nihil corporale influuit iusticiam in rem spirituales. sed passio christi fuit corporalis. ergo non potuit animam iustificare. nec persequens culpam remittere **I**n opus positum est. aplos ad hebreos. ix. **O**mnia pene mundantur in sanguine. sine sanguinis effusione non fit remissio peccatorum. **N**ondum bonauentura dei. xix. iij. super magnum. quod passioni christi non potest proprie attribui aliqua causalitas iustificationis vel remissionis culpe. non enim causalitas materialis. quia passio non est materia iustificationis nec formalis quia illud est generata non efficiens quia illud est deus. nec finalis quia illud est gloria eterna. habet tamen passio christi nihilominus aliquam causalitatem. in hoc quod habet aliquam causam proprietatem. **A**tribuit enim huic iustificationem nostram per modum meriti interuenientis quod quidem habet rationem dispositionis. et reduci habet ad causam materiale. per modum exempli prouocantis et excitantis. quod quidem habet reduci ad causam formale per modum termini de tantis. quod quidem habet reduci ad causam finale et ita passioni et etiam sic resurrectioni. **S**ed aliquam proprietatem alicuius cause. iustificatio attribuit. **A**tribuit enim soli passioni rationem merendi iustificationem. ratio vero terminandi et quietandi attribuitur resurrectioni. ad quam ordinatur iustificatio non passioni. **D**uo vero intermedia. scilicet excitatio et regulatio attribuntur vtriusque. nam passio excitat nos ad dei dilectionem. et insinuat qualiter debemus mori peccatis. et ita est exemplum prouocans. i. pe. iij. **S**piritus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum. et est exemplum dirigens. **R**om. vi. **S**i complaturati facti sumus similitudini mortis

Dominica

ipſius rē. ſimilit̄ ⁊ rēſurrectio puocat nos ad iuſticiā. p̄ quā acquiramus rēſurrectōis gloriā quā credimus chriſtū habuiſſe in ſua rēſurrectōe et ſic eſt exemplū prouocans. **D**irigit enā nos dum ad exemplū eius conamur ambulare in nouitate vite. ſicut d̄ ad romāos vi. quō xp̄s rēſurrexit ad glām dei patris. ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. ⁊ ſic eſt exemplar dirigēs. **A**d argumētum contrariū dicit̄. q̄ nullum corpale influit iuſticiam i ſpūale. ſed quēadmodū xp̄i caro p̄ ſe non ē cibus anime. in ſe eſt iñ cibus ex vnione ipſius ad diuinā naturam ſic et paſſio xp̄i. ⁊ ſic nō habet potentiā iuſtificādi. inq̄ntum eſt paſſio corpalis. habet tamē inq̄ntū a voluntate optima. p̄cedebat eius tolerantia. et habebat fieri ſm̄ p̄ſonā digniſſimā q̄ eſt om̄is iuſticie ⁊ ſancitatis principiū ⁊ cā. **D**e ſeō ps. xliij. **S**aluasti em̄ nos de affligentibz. et odientes nos cōfudiſti. **S**ic em̄ ſtrenu⁹ miles ſuos ſuos defendit ⁊ conſuat in pl̄io. ſic ſaluabit nos xp̄s pl̄iando ſ̄ dyabolū. hoc p̄t p̄ talē fabulam **Q**uidij̄ oſtendi i hercule ſtrenuiſſimo milite. **M**am cū ceres dea frugū p̄ſerpinaꝝ filiaꝝ ſuā in domo quadā minutiffima clauderet ⁊ q̄ lanificō vacaret p̄cipet. dea ven⁹ ipſaꝝ quadā die ſecū ad colligendū flores duxit. quā vt pluto deus infernalis vidit. eam cōcupiſcens rapuit. ⁊ in domū ſuaꝝ deferens deſtorauit. **H**erſus d̄ miles fortiſſimus vn̄ a cum pyrotheo ſocio ſuo cum oīa mōſtra viciffent et oīa p̄cula attemptaſſet contigit q̄ hi duo quadā die ocioſi eſſent dolentes. ſc̄z q̄ nichil amph⁹ inueniebāt in terris. vbi ſuam fortitudinē exercerent. pyrotheus ergo cepit cogitare quomō dudu pluto rex iſerni p̄ſpinā filiā cereris rapuerat quā iniuſte in regno tenebraꝝ captuaꝝ tenebat. **A**mōre igit̄ p̄ſerpine pyrotheus inflāmbat. ⁊ theſeum q̄ in iſernū p̄ ipſa liberāda ⁊ p̄ vitibus ſuis exercendis deſcēderet. plurimū admonet ⁊ hortat̄. **Q**uo cōceſſo ſtatim incipiūt viam tortuoſā ingredi ita q̄ ad iſerni ianuā venientes. cerberum tricipitem in ianuā inuenerūt. cuius cathe/nam ſtatim ſeiderūt. ⁊ euz p̄ iſernū fugere compulerūt. **I**ſi ergo cunctos infernales ſtatim incipiūt inuadere. ſed q̄ pyrotheus

Balmarum

a ſocio ſe diuiſit. iſō a plutonis exercitu captus fuit. ⁊ i carceratis. nō catenis ferreis ſed venenolis anguibz ligatis. **C**uz igitur **H**erſeus p̄ ſocio liberando pugnat. n̄ eū eripere valeret. vinculis cum ſocio permāſit quare ad herculē ſocium ſuū ſtrenuiſſimū mittentes p̄ liberatōe continuo ad iſernū deſcēdit. ianuā fregit cerberū cepit ⁊ ſocios ſuos et p̄ſpinā liberauit ⁊ gaudēs victorioſus rediit. **R**eci veritas fuit vt aiunt. q̄ in caſſalia fuit quidaz crudeliſſimus princeps cuius domus ad litterā dicebatur iſernus qui enā vnū terribilē canem ad ianuā ſuaꝝ habuit. qui homines et beſtias deuorabat. **I**ſtum igit̄ p̄pter crudelitātē plutonē noīabant. **E**t q̄ ille quadā die p̄ſpinam quādam domicellā filiam cuiuſdā dñe patrie q̄ d̄ ceres rapuerat. **I**teꝝ theſeus et pyrotheus ſibi guerrā mouerūt. quorū vnus ab eo captus et ali⁹ in arce poſitus erat. ⁊ hercles in adiutorium eorū venit. qui domū tyrāni confregit. ſocios et filiam eripuit. et catēꝝ eius ſecum duxit. et ſic iſernum ſpoliare ſingit̄ p̄ eo q̄ p̄ ipm̄ tyrannus dominus caſtri quod iſernus dicebat̄ ſuperatus eſt. **A**llegorice. **C**um pluto rex iſerni dyabolus a principio in **A**dā et **E**ua proſerpina. i. humanā naturā colligentē flores. i. p̄pter collectōem pomi ſecti rapuiſſet. factum eſt q̄ duo fortiſſimi milites. ſ. **A**brāhā ⁊ **M**oyſes per ſacra p̄ eos data iſtā eripere voluerūt et eam ſaluare a dyaboli domo tēptauerunt. **A**brāham ei circūſciſionē tradidit. **M**oyſes autē leges et ceremonias dedit. **V**erumt̄n̄ iſtam nequiuert̄ eripe. ymmo poſtq̄ diu p̄ bona opera cum iſerni cuſtodibus. ſ. demōibz pugnaſſent neceſſe habuerūt ſuccūbere et in iſerno cum alijs remāere. **H**i ergo p̄ adiutorio habendo. preces et ſuppiria ad herculē. i. ad fortem gigātem chriſtū d̄ filiū mittūt. qui pro certo benigniter ad eos carnē ſumendo et mortem paciēdo d̄ſcendit ad iſernū. dyabolū potenter inuaſit et vicit. et iſernū fregit. ſocios. i. ſanctos patres eripuit. et p̄ſerpina iſtā eſt hūanā naturā de ſuſtate iſerni liberauit ps. **Q**uare unquam deus redimet aīam meā de manu iſerni. psalmo. xlvij. **E**t psal. xlix. **D**ñe eduxiſti ab iſerno aīam meā. ſaluasti

me a descēdēdo in lacū. De tercio roman. viij. Proprio filio suo nō pepcit deus. sed pno bis omnibz tradidit illū. quō nō salui erimus ab ira p ipm. Qui cū dat talentū. nō est despandū qui enā det denariū. ⁊ qui nobis dedit filiū credēdo nō negabit eternū mbrauiū. Sed rationabile querit. si pē dedit nobis filiū in redēptionē. an pē possz dici. redemptor nē. Et vidē q sic. qz illius ē redimere cui⁹ est p̄cium dare. sed pē dedit vnigenitū suū p salute generis hūani. sicut in auctoritate p̄mittit. ⁊ Jobānis. iij. Sic deus dilexit mōm vt filiū suū vnigenitūm daret. pē igit nos edemit. p̄t ergo dici redemptor nē. Contra apoc. iij. de filio dicit. Redemisti nos deo in sanguine tuo. ⁊ h̄dz bonauentura di. xix. terciū sup magistrū. q opus edemptōis dulciter p̄t alicui attribui aut sic principali auzori. aut sicut ex p̄sequi Si p̄mo mō. sic nō solū puenit filio h̄z p̄i ⁊ spūscō. cum. s. indiuisa sint opa trinitatis ad extra. si scdo modo sic solum conuenit filio. scdm humanā naturā. quia p̄m hanc soluz passus ē. Et hoc est qd magister in littera dicit. redemptor alicū pater ⁊ filius d̄z. sed hoc p̄pter vsum ptāns. nō p̄pter exhibi tōem humilitatis. Nam scdm ptāns simul et obedientie vsum. filius p̄prie edemptor dicitur. ⁊ paulo post concludit. Est igit redemptor in q̄tum deus potestatis v̄su. in q̄tum homo humilitatis effectū. ⁊ per hoc patet qd dicendū est ad argumētū in contrarium. Ex his p̄t elici doctrina. q in nulla bona opatōe siue laudis siue gr̄arum actōis quod facimus deo. p̄sonas sequestrare debemus p nostrū intellectū. Sed sicut tota trinitas effectiue nostrā salutem operata est indiuisibilitē. ita totam trinitatē laudare ⁊ gl̄ficare tenemur ⁊ ei gratias agere. Ideo in fine cuiuslibet psalmi toti trinitati gratias agimus dicēdo. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spūi sancto. ⁊c.

¶ Feria sc̄da post palmas.

Hic sex dies pasche venit Iesus bethania. Jo. xij. Philosoph⁹. i. celi dicit. qd nullum violentū perpetuum esse potest. qd

ostendit. ij. celi in motu naturali ⁊ violento Nam vt dicit natural motus in p̄ncipio debilis est. sed in fine fortior. motus autē violentus econuerso se habet. quia in principio fortis ē sed in fine debil. et tandē in nihilū redigit. Sicut patz si quis violenter lapidē sursum contra naturā suā faciat. qui p̄mo fortiter impulsus motū fortē habet. sed vltimo intantū debilitat. q̄ vltra moueri nō possit. ⁊ tunc incipit motu naturali et p̄prio deorsū cadere. primo debile. et quanto pl⁹ terre appropinquat tanto motus eius fortior erit. Sic enā est in hūanis opatōibus. Opatio nancz hominis violenta ad quā q̄s contra voluntatē cogit ⁊ necessitatē de die in diem remittitur. et licz in p̄ncipio studio sa ostendat. diu tam nō p̄manet. sed quod voluntate libera opatur quasi naturali opatione magis ac magis delectatur. p̄seuerat et terminat. Ideo d̄z de cōse. di. v. Quid quod necessitate fit cito soluitur. qd aut voluntate arripit. p̄seuerat. Ex quo notare debemus qd hi qui ex timore lēz fuili vel necitate bona faciunt. ⁊ si merent. minus tamē q̄ hi qui libere ⁊ ex amore faciūt. quia ex regula iuris. Qui ex timore facit p̄ceptū alie q̄ debeat facit. et id nō facit. extra de re. iur. qui ex timore. Coacta enī p̄ncipia nō placent deo. p̄m apostolū. Ad p̄positū saluator noster ex voluntate p̄is celestis q̄ p̄m mḡz tercio sen. di. xvij. eadē est in p̄e ⁊ filio. in hūc mōm veniēs hoīem p̄ditam redimere vt redemptōis opus mere voluntariū ostēderet et nulla violentia coactū. p̄mo in infantia modicuz pietatis motū fecit quasi p̄arra nē redemptōis sanguinē in circumcisiōe fundendo. dein fortiorē. verba dura et duriora verbera sustinendo. tandem quādo in fine moriendo totū precium p̄soluere iuxta tempus ordinatū a patre debuit. fortissime egit ut manifestaret se voluntarie oblatum. non quasi timidus latens et mortez fugiens. sed quasi leo audax venatoribz iudeis ipsum capere volentibus obuiādo ad locum placitū et aptū venit. scilicet bethaniam. et tempus p̄uenit. Ideo dicit euangelista. Q̄ ante sex dies pasche venit Iesus. Querit an quilibet miles sine timore ardua aggrediens propter salutem